



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 51. Privata Chevalierii colloquia cum quibusdam Cardinalibus a Papa  
deputatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

charib-

oblitio-

tam Ce-

: Episc-

admon-

to Arch-

defere-

quam i-

xe ro-

ardinal-

i cura-

ac sal-

os, ut

eriuunt-

horter-

titatis

suadea-

necessit-

implac-

evole-

ia Ecc-

patern-

od cer-

imus

is pra-

ue flag-

flagra-

ni no-

e poli-

## §. LI.

Sæc. XVIII.  
A.C. 1716.*Privata Chevalierii colloquia cum quibusdam Cardinalibus a Papa deputatis.*

Cum interim Pontifex circa concordia media sibi a Cardinalibus proposita serio deliberaret, Tremolius Cardinalis nullum non movit lapidem, ut una saltem vice Chevallierum audiri, a Papa impetraret: Ast Pontifex hanc concessionem minime necessariam esse, constanter reposuit, importunis tamen Tremolii precibus expugnatus, tandem indulxit, ut suo nomine Cardinales Ferrarius & Tolomeus cum hoc Abbe conferre, & de rebus cum eo agitatis referre possent. Frequens ac diuturnum erat inter eos colloquium, & Chevallierus difficultates contra Bullam motas toto ardore urgebat, vicesim vero Cardinales ex Cl. damnatis Propositionibus, quamlibet sigillatim examinantes, cunctas jure proscriptas esse comprobarunt. Institit vero vehementius Abbas, ut Constitutionem relative acceptare, Episcopis opponentibus concederetur, & quamvis Pontificem nunquam id permitturum sciret, uberrimo tamen verborum apparatu suam petitionem æquitati esse omnino con-

*Hist. Eccles. Tom. LXIX.* R sonam

Sæc. XVIII sonam demonstrare nitebatur, eoquo  
A.C. 1716. etiam Cleri Gallicani Conventus  
anno 1714. hanc Constitutionem non al-  
ter quam *relative* ad suam Instructionem  
Pastoralem recepisset, id vero inde po-  
tere ajebat, eoquod Episcopi accepta-  
tes non ipsius Conventus actis, la-  
eorum Instructioni sua nomina appa-  
suissent: Ast Cardinales eidem oppo-  
nebant, quod in Cleri Gallicani con-  
ventibus moris sit, ut Episcopi suad-  
creta ad calcem omnium actorum sub-  
scribant, & quod quadraginta illi  
Episcopi Constitutionem, antequam la-  
structio Pastoralis fuerit concepta, ja-  
jam pure & simpliciter acceptarint, &  
potius permettere voluerint, ut oppo-  
nentes se ab eorum conventu segreg-  
rent, quam ut in ejusmodi relativas  
acceptationem consentirent. Tandem  
vero hi Cardinales ex Abbatे scisca-  
bantur, utrum Noaillius Constitu-  
tionem acceptatus esset, si ei relativam  
acceptatio indulgeretur: Abbatē igitur  
fidem & vitam suam oppignorante,  
Cardinales regesserunt, si ergo Noaillius  
nil nisi relativam acceptationem  
expetit, & iuxta Te, quadraginta illi  
lorum Præsulūm acceptatio fuit rela-  
tiva, Constitutionem eo modo, quo illi  
Præsules, recipere poterit. Tum vero  
Abbati vox faucibus hæsit, & quo se  
vertat.

vertat, nescius, conditionatam, & re- Sæc. XVII.  
A.C. 1715.  
strictivam approbationem permitti pe-  
tit, cum autem ejusmodi acceptatio-  
nis vestigium nec in Gallicani Cleri ac-  
ceptatione, nec conditionatæ acceptatio-  
nis umbram in prætensa relatione depre-  
henderet, receptui canere cogebatur.

A.C. 1715.

§. LII.

### *Horum colloquiorum exitus.*

Priusquam hæc colloquia finirentur, *Lafitean l.c.*  
Cardinalis Ferrarius mortalitatem *pag. 219.*  
exuit, & summus Pontifex Tolomeo  
Cardinali præcepit, ne ultra cum Ab-  
bate Chevaliero conferret; eo quod hæc  
colloquia, quamvis jam per longius  
tempus habita essent, nullam optati  
successus spem reliquam facerent, &  
aliunde Chevalierus, etsi malignis ar-  
tibus uteretur, ad tantas tamen re-  
dactus esset angustias, ut a sua peti-  
tione ignominiose desistere coactus fuisset:  
Insuper nuntiatum erat Pontifici,  
quod hic idem Abbas Romanum duntaxat  
venisset, ut totidem evomeret calumnias  
contra Bullam, quot Pontifex contra  
Cl. Quesnelli Propositiones vibrasset  
censuras, & Romæ cum Quesnelli fau-  
toribus clandestina, crebraque haberet  
conventicula, in quibus Bullam longe  
atrocioribus contumeliis, ludibriis,

R<sub>2</sub> pro-